



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Signa & Nuncia pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XLIII.

VULNERA VERBI.

Amor sanctissimæ Trinitatis.

Quod in vulneribus Christi, secundum sanctum Augustinum, præcipue considerandum, est *ar-*
bitratu in Sanctissima Trinitate. Hinc agnosces,
 quantus sit Amor Patris, qui proprio Filio non pepercit, *Rom. 8.*
et pro nobis tradidit illum. Quantus amor Filii, qui
 dixit: *Hic plagatus sum in domo eorum, qui diligebant Zach. 13.*
 Quantus Amor Spiritus sancti, qui Christum ad
 patendum pro nobis mouebat & accendebat. *Agaba. Luc. 4.*
et ad Spiritu sancto.

2. Amor sanctissimæ Trinitatis præcipue consistit in
 vulneribus sacratissimis Christi. Unde sunt motiua
 magna liberalitatis Dei erga nos, quibus Deus mouetur
 ad liberaliter fundenda in nos dona. Ac propterea do-
 cent Theologi, quod omnia dona Gratia effectus sunt,
 & premia vulnerum & meritorum Christi.

3. Si cupis à Deo diligi, ama vulnera Christi, com-
 munitate in sacris illis caueris. Deus non nisi oculis
 vulnerum Filii te aspicit: sic tu non aliis, quàm oculis
 eorundem vulnerum, & sanguine vulnerum Christi tin-
 ctu Deum respice.

CONSIDERATIO XLIV.

VULNERA JESU.

Signa & Nuncia pacis.

1. Consideratissimum ille nuncium pacis inter Deum
 & hominem attulere Mundo sanctissima Salua-
 toris vulnera. Pax vobis, dixit Christus post Resurre-
 ctionem suam ad Discipulos, & continuo ostendit eis *Ioan. 20.*
 dd 3 vul-

vulnera: *Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus suas.* Quasi vellet dicere: si vobis grata est unitas gratias rependite eius Authoribus, Vulnera ostendo.

2. Vera pax, secundum D. Augustinum, est in visione Dei: *Pax in visione sanctissimæ Trinitatis.* Apoc. 3. autem vulnerum effectus est. Collyrio (Sanguinem) iunge oculos tuos, ut videas beatificationem Divinam: Gloriam.

3. Uniuersum in vulneribus Christi iustitia & misericordia aduerfabantur: *Iustitia & pax opor- tet.* Eadem namque vulnera satisfaciunt. Iustitia nobis pacem ac misericordiam conferuat. Quæ robor iustitiæ, quæ maior misericordia ipsorum est Vulnerum, ubi mors à Filio innocente expulsa verò rebellis condonata fuit?

CONSIDERATIO XLV.

Nazaren.
Custos.
Hebr.

VULNERA JESU NAZARENI

Exedra cælestes.

1. Exedrae Templi in sacra Scriptura ad triplicem ducebant finem: ad habitationem, ad thesauros in Sanctuario, & ad consecrandas sacras.

2. Vulnera Christi exedra mysticæ viui Templi sunt felicissimæ animarum habitationes, ubi thesauris Sapientiæ & Scientiæ Dei, & ipsa medietate, quæ est sanctitas per essentiam.

3. Sacerdotes Templi, ut eo promptiores Diuinum famulatum & seruitium, in exedra morantur die ac nocte. Et anima, quæ se totam impendit & impendere cupit Diuino obsequio, habitat in vulneribus Christi. Ibi à graui carnis seruitute libera suaue Christi iugum parata redditur: & dum